

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Disputatio Philologico-Historica De Imperio A Posteris
Judææ Ante Adventum Christi Nec Auferendo, Nec Ablato**

...

Köppen, Nicolaus

Gryphiswaldiæ, [MDCCXXIX?]

VD18 13279890

Widmung

urn:nbn:de:gbv:45:1-16529

S:Æ. R:Æ. M:TIS SVECIÆ
MAGNÆ FIDEI VIRO

CLASSIS REGIÆ CAROLICORONENSIS
AMMIRALI atq; DIRECTORI
PER-ILLUSTRI ET GENEROSISSIMO

DOMINO,

**DN. JONÆ FRI-
DERICO
OERNFELDT,**

**LIB. BARONI DE HERRSTAD, &c.
&c.**

*MÆGENATI SUO INDULGEN-
TISSIMO.*



PERILLUSTRIS AC GENEROSISSIME DOMINE BARO

SI cui unquam animum devinctum erga Mecenatem suum publicis
contestari literis incubuit, me certe eum esse existimo, ut qui
maxime adstringor ad subjectissimam meam erga **ILLU-**
STRISSIMUM NOMEN OERNFELDIANUM
observantiam propalam declarandam. Sane obligatio filii erga Patrem
tanta non est, quantam meam erga **TE, EVERGETAM MEUM**
SUMMUM, esse reputo. Multum Filius Patri debet, liberaliter ba-
bitus: multum quoque, postulare jure potest, quod ei negare paternus a-
mor ac innatus vetat adfectus. Me vero in prima statim infantia
parente utroque orbatum, nullo sanguinis jure, sed mero benevolen-
tie, ut est provida **NUMINIS SUMMI** directio, impetu motus,
ut filium fovisti. Adscitum alumnum tanta deinde benignitate
prosecutus es, ut non tantum omnia, qua corpori sunt necessaria,
providideris, sed et animum tenellum scientiis statim imbui curave-
ris. Hac beneficia non fuerunt simplicia, sed indies aucta, ac per
cursum annorum duodeviginti adhuc usque constanter collata. At qua
beneficia! **TUA** sane, **ILLUSTRIS DOMINE BARO**,
Gratia ac Benevolentia fecit, ut hosce, quamvis tenues valde, pro-
fectus adsecutus fuerim. **TUUM** etiam munus est, quod non
solum Musas Aboicas, verum et haece adire licitum fuerit, qua
quo-

quoque suave suum lac animo ita instillavere, ut ingenii huncce foetum, immaturum licet, eniti tandem potuerim; quemque, veluti genitor ejus semper in sinu favoris gestatus est, etiam benignissime excipiendum fovendumque **INDULGENTISSIMO SUO PATRONE** insinuat. Ne indigneris, **PERILLUSTRIS DNE BARO**, quod rudis sit ac incomtus, comtiorem olim pollicente etate adhuc viridi. Nec egre feras, quod **NOMEN TUUM ILLUSTRIS** levi huic chartula praesigere ausus fuerim. Hec etenim unica erat ratio, beneficia **TUA** insignia, numerumque excellentia coram toto celebrandi orbe. Veniam quoque des, devotissime oro, si materia, quam elegi, elegisse tamen gratisimam, **TUOQUE INGENIO**, ut est in *Mysteriis Sacris* se valde delectans, maxime congruentem existimo, ex asse non arrideat; aut ita pertractata non sit, ut sublimitas ejus, **TUUMQUE** optasset desiderium. Consulas tandem in posterum, supplicibus verbis efflagito, saluti, cujus auctor solus es, *Clientis Tui*, qui precibus **NUMEN ALTISSIMUM** fatigare non desinet, ut salute ac incolumitate constanti **PERILLUSTREM DM BARONEM, TOTAMQUE GENEROSAM FAMILIAM** prosperet, quiq; pio, ut par est, animo ac adfectu **ILLUSTRISSIMUM NOMEN OERNFELDIANUM** ad cineres venerabitur

**PERILLUSTRIS AC GENEROSI
NOMINIS TUI.**

*Clientis & Alumnus subjectissimus ac
observantissimus*

RICHARDUS SILVIUS.





§. I.



Assim in Commentariis ac Homiliis legas, non-
 nullos ad *Luc. II. 1.* ubi dicitur, mandatum Au-
 gusti Imperatoris Romani tempore nativitatis
 Christi emanasse, ut per totum imperium Ro-
 manum & in specie per Judæam census insti-
 tueretur, in ista esse opinione, quod *tunc tem-*

poris sceptrum a tribu Juda jam fuerit ablatum secundum vaticini-
 um *Gen. XLIX. 10.* Et sane hæc non tantum proletaria est opi-
 nio, sed ex instituto ita statuunt plerique, qui per Herodem M.
 alienigenam a tribu Juda Sceptrum ablatum volunt, ut SPANHE-
 MIUS *Dub. Evang. P. II. Dub. 17.* & GE. ER. PHALETRANUS (quod
 fictum nomen est GUNTERI HENR. PLATNERI, Consiliarii,
 dum in vivis erat, Vinariensis) in *Exercit. historico-philologica de*
Sceptri Judaici ablatione, quam in *Syntagmate variarum disputationum*
rariorum J. GEORG. GRÆVIUS recudi fecit, *Ultrajecti 1708.* Sed
 e contrario recte statuunt, qui, quicquid de cessatione impe-
 rii politici a Jacobo Patriarcha prædictum est, ante Messiae ad-
 ventum, & quidem non præcisè spectatum, sed quatenus operis
 redemptionis per mortem & resurrectionem perfectionem con-
 tinet, evenisse negant. Et nostra hic merito facimus Exege-
 tæ & Theologi pariter consummatissimi B. SEBAST. SCHMI-
 DII verba, qui in *Comm. ad Gen. XLIX. 10.* ad verba: *usque dum ve-*
nerit Schilo, hæc habet: *His verbis indicatur, quod resp. Judaica ante*
adventum τῆς Schiloh everti non debuerit, sed adhuc stare, cum veniret, &
quamdiu maneret; everti autem mox, quando ille venisset, & non am-
plius adesset. Ita stetit adhuc, Christo in carnem veniente & presente,
eversa autem est mox post mortem Christi. Recte sententiam dixisse
ut constet, duo inprimis probanda nobis incumbunt, & sensum
vaticinii Jacobi Gen. XLIX. 10. hoc postulare, & huic eventum exacte
respondisse.

A

§. II.

